



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

Oratio ante Communionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43756**

47  
dum descendo in æternā corruptio-  
nem? Non mortui laudabunt te  
Domine Iesu, neq; omnes qui des-  
cendunt in infernum? O amantissi-  
me Iesu, O desideratissime Iesu,  
O Iesu, Iesu, Iesu, admitte me intrare  
in numerum electorum tuorum.  
O Iesu salus te credentium, O Iesu  
solatium ad te confugientium. O Ie-  
su dulcis remissio omnium peccato-  
rum. O Iesu fili Mariæ Virginis in-  
funde in me gratiam, Sapientiam,  
Charitatem, Castitatem & humili-  
tatem, vt possim te perfectè diligere,  
te laudare, te perfrui, tibi seruire, &  
in te gloriari, & omnes qui inuocant  
nomen tuum quod est Iesus, Amen.

*Oratio ante Communionem.*

**O** Pijssime & benignissime Iesu,  
ego indignus peccator trepida  
conscientia ad sumendum corporis  
& sanguinis tui Sacrosanctum my-  
sterium accedere propono. Non  
F s. enim



enim de meis meritis præsumens  
venio : Sed de tua confidens mise-  
ricordia & veniam sperans accur-  
ro. Vereor à te Domine elongari  
si dimitto , vereor iudicium assu-  
mere si accedo. Attrahor per gra-  
tiam , retrahor per culpam. Vides  
Domine meam iniquitatem , & ti-  
meo : confidero tuam immensam  
pietatem & spero : Impedit me plus  
carnis meæ fragilitas , quam tanti  
mysterij delectat charitas, constri-  
git tamen huc præcepti necessitas,  
impellit summa rei vtilitas. Sed  
quam fiducia ego miserrimus ad  
hoc accedere audeo , qui vitijs pol-  
lutus grauissime sordeo? Sed aman-  
tissime Deus recordare creaturæ,  
quam creasti, & miserere eius quam  
ex nimia charitate prætioso sangui-  
ne redemisti. Pænitet enim quod  
peccaui, & vtinam magis pæniteret.  
Cupio me emendare , desidero me  
corrigere, & propono mala pæni-  
tus



tus deuitare , quæ prauis impulsus  
 desiderijs feci , & per insipientiam  
 commisi. Ad quod Clementissime  
 Deus adiuua me: quia sine te nihil  
 possum facere. Da mihi misericor-  
 dissime Deus misero peccatori ve-  
 niam potenti, qui tam diu pepercisti  
 delinquenti. Non intres in iudi-  
 cium cum seruo tuo Domine: quia  
 non iustificabitur in conspectu tuo  
 omnis viuens. Et si me vitijs & pec-  
 catis nostri aggrauatum, recordare  
 Domine quod Caro sum, & confi-  
 dera me in peccatis conceptum. In  
 tuo conspectu etiam cæli non sunt  
 mundi, quanto non magis homi-  
 nes terreni immundi? Ignosce igitur  
 mihi pijsime Domine, quem vi-  
 tæ malè transactæ conscientia trepi-  
 dum & delictorum meorum recor-  
 datio ad mensam tuam accedere,  
 facit esse verecundum. At nunc con-  
 cede mihi Clementissime Domi-  
 ne per huius mysterij sumptionem  
 F 6 omnium



omnium peccatorum meorum remissionem, Amen.

*Alia Oratio ante Communionem.*

**A**d mensam dulcissimi conuiuij tui, pie Domine Iesu Christe, ego peccator de proprijs meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia & bonitate, accedere vereor & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem & linguam non cautè custoditam, Ergo, ô pia Deitas, ô tremenda maiestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio: & quem iudicem sustinere nequeo, saluatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo, tibi verecundiam meã detego. Scio peccata mea multa & magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus.

Respice